

Β. 6 λ' ον Ε'. α'. σ. 549

ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπειδὴ καὶ οὐκ ἐβούλητο ἀνελθεῖν τῇ Πυλαίᾳ ἐπεγαίρει ἀρχὴν
ψυχαραχίας ἐνεκα ἐνὶ τῇ ἑστῇ Βυζαντίῳ χρεὶν ἰσχυρῇ. Λόγγοι οὖν
καταύτω.

σ. 395

Du Cingii Notae.

Xorogobdux. Ut adjacenter Choerobacchorum oppido campi explicandae
aciei, et locandis castris idonei fuerint, dixi ad Annam, I viii p. 221. ~~et~~
Otho Frising. "Vallem quandam juxta oppidulum Cherevach dictam,
campi viriditate lactam, amniculi cingulam medio decursum conspicuam
attingunt, cuius torci ascensitate expli monet, illo tentora figere
et ibi pausare constituimus. Et max. "Fateor, toto expeditionis
tempore nunquam lactiora habuimus tabernacula, nunquam quan-
tum ad sensu judicium majorem ambitum occupaverant tento-
ria."

"Οὐδὲν γὰρ ἴσχυον. Subitam hanc imbrium vim, quae universum pene passum dedit exercitum, graphice verbis hisce praeter Nicetam et Cinnamum, describit idem Otho Frisingensis: «Etece circavigiliam matutinam, nubecula quaedam parva exorta imbrem nitentem produxit. Quem subito tantum pluviorum ventorumque impetuosus turbo subsecutus est, ut concussis et solutis, seu ad terram dejectis tabernaculis, gravissime qui post matutinorum laudes lectis nos receperamus, excitaret. Clamor totum vicinum reptens aerem attollitur. Ammiculus etiam, an ex reflexione proximi maris imbrumre multitudine, an ex cataractis ruptis in coelo, ex supernae majestatis ultione tantum jutumnerat, eximiorumque praeter morem inundaret, ut totum cooperiret exercitum. Quid ageremus? Divinam id animadversionem potius, quam naturalem inundationem esse considerentes, amplius attoniti fuimus. Adequorum tamen robur convolvamur, unusquisque, prout poterat, amnem transire gestient. Videret alior natentes, alior equis adhaerentes, alior ut periculum offerrent per funes miserabiliter trahi, alior in flumen inordinate ruentes, ex eo quod alitis impraeviditate implicarentur demergi, etc. Eandem imbrium vim attigere etiam Odo de Diogilo I. iii., Hermoduri. c. 61., et auctor Chronici Reicherspensis.